Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36884
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

M.CCXIII. Ungarie ..... Regina occidit.

M.CCXIIII.

M.CCXV. Innocentius Papa generale concilium Lateranense celebrat.....
.....

M.CCXVI.....
.....

M.CCXVII. Liupodus Dux Austrie, et Styrie Hierosolymam vadit. Andreas quoque Rex Hungarie ...
.....

M.CCXVIII. Wolfkerus /: Volcherus:/ Aquilejensis Patriarcha post multorum finem laborum feliciter moritur.

M.CCXVIIII.....
.....

M.CCXX. Fridericus Rex manu pacifica Romam venit, ab Honorio III. Papa Impator consecratur, et secundum nomen suum pax et unio, nobile principium, confecta est. Ulricus Pataviens. Episcopus, et Ludwicus dux Bavarie Jerosolymā tendūt.

M.CCXXI. Damiata Civitas justo Dei judicio cesis Christianis, a Saracenis possessa est; Sed non post multum tempus ultore celesti exigente per pestilentiam Paganis inhabitabilis efficitur. Ulricus Pataviens. Episc. in ipso reditu defungit.

M.CCXXII. Gebehardus Frater Liutoldi Comitis Patavensi Sedi Subrogatur. Liupoldus dux Austrie et Styrie nuptias filie Sue primogenite Wienne Sollempniter celebrat, multisque principibus fastu pomposo convenientibus munifice dotatam Ducei Saxonie copulat. Eclypsis Lune XI. Kal. Nov. circa tempus matutinū ..... Sed orbe redintegrato Sanguineū totaliter induit colorem, qui et multis stupentibus diutiq duravit.